UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

uenditarum, ipſe Laurentius, & nepotes ex fratre cō tra quos intentata fuit actio finium regundorū, condemnandi erunt ad relaxādum illud, quod de dictis quinque tornaturis occupauerunt, ipſi domino Auguſtino, & ad patiendum, ut per agrimenſorem deputandum imponantur termini, quibus dictæ quinque tornaturæ uenditę ſeparentur à reſiduo, quod ad dictos Laurentium, & alios de Gottis ſpectat, itē ad omnes expenſas in cauſa contra ipſum Laurentium, litiſq; conſortes factas. Laus Deo.

S V M M AE.

Rei uendicationem eſſe intentatam quomodo cognoſcatur.
Remedium intentatum ex medio concludendi cognoſcitur.
Vendicationis iudicium duo extrema requirat, & quæ.
In eo an ad obtinendum ſufficiat probare poſſeſſionem longiſſimi temporis, & num. 6. & 14.
Item an ſufficiat probare deſcriptionem in libro æſtimi cum ſolutione collectarum, & onerum fiſcalium, & nu. 6. & 14.
Dominium in iudicio rei uendicationis ſatis ad obtinendum probatur ex parte agentis per longam poſſeſſionem, per famam publicam, & per deſcriptionem factam in libro æſtimi cum ſolutione onerum, & quando.
Ex præſcriptione triginta annorum etiam ſine titulo acquiritur dominium utile, & rei uendicatio utilis cauſatur.
8 *Et de illo ſatis eſt probare in rei uendicatione, in cuius libello de dominio, uel quaſi propoſitum eſſet.*
9 *Liber æſtimi, & cataſtri quando dominium, & poſſeſſionem probet, & num. 13. & 15.*
0 *Dominium quo caſu alteri ſine traditione acquiri poſſit.*
1 *In facto antiquo ſtandum eſt famæ publicæ.*
2 *Solutio ex diuturnitate tēporis iā diu elapſi p̄ſumitur, & ꝓbatur.*
3 *Dominium facilius, quàm poſſeſſio transfertur.*
6 *Dominium ex poſſeſſione quando inferatur, & probetur.*

EPITOME.

Dominium ad obtinendum in iudicio rei uendicationis ſufficienter probari ex longa poſſeſſione, ex fama publica, & ex deſcriptione in libro æſtimi facta cum ſolutione onerum ſimul concurrentibus, demonſtratur.

CONSILIVM LXXIX.

IN cauſa domini Ioannis Pauli agentis cōtra Franciſcum ſuper reſtitutione, & relaxatione cuiuſdam petiæ terræ, de qua in actis, & in qua pronunciatum fuit ad fauorem dicti do. Ioannis Pauli, & pro parte dicti Frāciſci appellatum, uiſo proceſſu unà cum dubiis ſubtiliter ab Excellentiſſimo do. Iudice propoſitis, in primis prę̄ſuppono id, quod partes etiam, & ipſe iudex
1 præſupponere uidentur, † quod pro parte dicti domini Ioannis Pauli intētata fuit rei uendicatio, nam ipſe in libello dicit petiam terræ ad ſe ſpectare, & pertinere iure dominii, uel quaſi, & concludendo petit Fraciſcum reum conuentum cogi, & compelli ad ſibi relaxandum, & reſtituendum dictam petiā terræ, quæ omnia demonſtrant intentatam fuiſſe rei uēdicationē iuxta ea, quæ habētur per Archid. in §. de poſſeſſione 2. q. 6. ſuper intelligentia c. cū ad ſedem. de reſtit. ſpolia. & ibi Ioan. Andr. & per Specula. & Ioan. And. in addit. in tit. de libelli obla. in §. fi. uerſ. hoc autem notandū. & in tit. de petit. & poſſ. Alex. in cōſ. 96. in 5. uol. uerſi. ſed ita eſt. Bal. in l. pen. C. de ſentē. quæ ſine certa quanti. prof. & Federicus de Senis in conſi. 283. Sic. n. in huiuſmodi iudicio petitur, ac concluditur, prout per do. Ioannem Paulum petitū, & concluſum fuit, ut in locis præallegatis. Ergo dicēdū eſt rei
2 uendicationē fuiſſe intentatā, quoniā † ex medio cōcludēdi cognoſcitur, quod remediū intentatū fuerit ad tradita p Bar. in l. certi cōdictio. in prin. ff. ſi cer. peta. in 2. col. & in l. ſi prius. in 5. oppoſ. ff. de noui opernuncia. Angel. in l. naturaliter. §. nihil cǫe. in 5. lectura. ff. de acquir. poſs. Bal. in l. 2. ad fi. C. de petit. hæred. Anto. de Butr. in c. fi. ī 5. notabi. de iudi. & in c. ex parte. in 5. & 7. notab. de foro cōpet. Alex. in l. 1. in princ. ff. de eden. & Ange. in cōſ. 37. cū ſimilibus. Secundo
3 p̄ſuppono id, quod eſt apud oēs uulgatiſſimū, ꝗ † in iudicio rei uēdicationis duo requirūtur extrema, primum, ꝗ ex parte agentis probetur uerū dominium, aliud ꝗ ex parte rei cōuenti probetur poſſeſſio, uel ſaltē detentatio. l. in rē. in princ. ff. de rei uēdica. iuncta l. unica. C. de alien. iud. mut. cau. fac. & ibi glo. & l. officium. ibiq; Bart. ff. de rei uēdic. cū ſimilibus. Nec
4 † ſufficeret ex parte actoris probare ſe olim, & prius, rē poſſediſſe etiam per tempus longiſſimū, & cū bona fide ad effectum, ut directa rei uendicatio detur, ſed ſolum utilis, ſic enim nō acquiritur, uerum, & directum dominium, quod cauſat rei uendicationē directam, etiam ſi non probaretur alium prius poſſediſſe, ut in l. 1. in princ. ibiq; Bar. & alii doct. cōmuniter, & in l. rem, quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. ſed tantū utile acquiritur, quod utilem rei uēdicationē cauſat, ad tradita per glo. in d. l. in rē. & ibi Bar. & alij, & uidetur tex. in §. præſcriptionū. 16. q. 3. quicquid dicat ibi glo. quę uiolat illū tex. & habetur in l. ſi quis emptionis. C. de præſcript. triginta annorum. ubi doct. Salice. & alii communiter poſt glo. id ponunt: & dicit Innoc. in c. illud. in uerſic. nobis uidetur. de præſumptio. quē Bald. in d. l. in rē. refert, ac ſequitur, quòd qui probat ſe cum bona fide longo tempore rem ut ſuam poſſediſſe, ac etiā per famam publicam uiciniæ probauit rem eſſe ſuam, nō poterit in iudicio rei uēdicationis obtinere, & idem ſenſit Abb. in c. cū ad ſedē. de reſtit. ſpolia. & in terminis hoc uidetur probare text. in l. 2. C. de probatio. ubi ꝗ agit rei uendicatione obtinere nō pōt, niſi probet ſe dominum, quod multis modis probatur ſecundū not. in d. l. in rē. & habetur per illū tex. & ibi gloſ. & doct. in l. traditionibus. C. de pactis. alioquin ſi agēs non probet ſe dominū, reus ex eo, qđ poſſidet, cēſetur dominus quo ad effectū excludēdi agentē, ut in d. l. 2. ibiq; Bal. & alii. Nec † ex eo ꝗs pro-
5 bat ſe dominum ad obtinēdū in iudicio rei uendicationis, quòd fuerit, & ſit deſcriptus in libro æſtimi, & collectas, ac onera fiſcalia ſoluerit. l. ſolēnibus. C. de rei uēdica. l. ſi pater. C. de actio. empt. l. ſi functiones. & l. cenſualis. C. de donatio. l. quidā in ſuo. & ibi Bal. & alij. ff. de condit. inſtit. Alexā. in conſi. 10. uol. 4. & l. ſcripturas. C. ꝗ potio. in pigno. hab. cū ſimilibus. Ex ꝗbus omnibus infertur, ꝗ cum dictus do. Ioannes Paulus poſſeſſionē dictę petię terrę per teſtes ſimpliciter probauerit, & per famam publicam probauerit rem fuiſſe auctorū ſuorū, & ſic ad eū debere ſpectare, itē ꝗ Matthæus auctor ipſius do. Ioannis Pauli fuerit in libro æſtimi deſcriptus, ac collectas, & onera ratione dictæ rei ſoluerit, ſequitur, quòd ex his pro parte domini Ioannis Pauli non dicitur probatum dominiū, & ipſe in hoc iudicio appellationis obtinere non poteſt. ¶ Præmiſſis tamen non obſtātibus, contrarium eſſe uerius exiſtimo, ꝗ dominium fuerit ſufficienter
6 probatū, nā & † ſi lōga poſſeſſio ſola in iudicio rei uēdicationis, & ſimplex fama publica nō arguat dominium ex parte agentis iuxta ea, quę habentur in c. ueniens. de teſti. & in l. 3. ff. eod. tit. cū ſimilibus. nec ſimplex deſcriptio facta in libro æſtimi cum ſolutione onerū, ut ſupra, tamē ex quo unūquodq; de per ſe facit quoddam indiciū, vt in locis prę̄allegatis, & maximè ī antiquis. Bar. in l. celſus. ff. de uſucap. Hoſtien. ī c. inter dilectos. de fid. inſtrum. Bar. in l. pen. in prin. circa fi. ff. de cōd. inſt. Bal. & alij ī l. proprietatis. C. de probat. & Alex. in cōſ. 1. uol. 4. ſi hæc oīa ſimul cōcurrant, prout in caſu noſtro concurrunt, principaliter

dicentur

dicentur dominiũ probare,& hoc eſt,quod uoluit di
cere tex. in l.indicia.C.de rei uendic. ubi uidetur ca-
ſus, ꝙ per plura indicia legitima dominiũ probatur,
& ibi Bal.Paul.de Caſtr.Salice.& oẽs:& cũ miniſterio
tex.dicit indicia in numero plurali, quaſi nõ ſufficiat
ſimplex indiciũ,ut ſupra,ſed plura requirantur,argu-
mẽto l.ubi numerus.ff.de teſtibus,& facit,quod in ſi-
mili habetur in authentica itaque.C.cõmunia de ſuc
ceſſionibus.¶Secũdo†probatũ fuit de poſſeſſione di
7 cti Matthæi auctoris triginta annorũ,& ultra,ut ex di
ctis teſtiũ ſatis clarè colligitur, & in dubio illa p̄ſumi
tur cũ bona fide fuiſſe per ea,quæ habẽtur per Bart.in
d.l.celſus, & melius in c.ſi diligẽti in glo.in uer.bona
fides de præſcrip.ibique docto.cõmuniter.Ergo infer
tur, ꝙ ipſi Matthæo ex tali poſſeſſione ẽt ſine titulo
acquiſitum fuit utile dominium,quod cauſat rei uen
dicationem ſaltem utilem,ut eſt tex. ibique glo. in d.
§.præſcriptionum 16.q.3. & in d.l.ſi quis emptionis,
ubi doct.communiter,& Salice.ibi optimè loquitur.
8 Et †quamuis in libello fuerit propoſitum de domi-
nio,uel quaſi,tamen ſatis eſt,quòd ad probationẽ do
minii propoſiti fuerit probatũ de dominio utili cau-
ſato ex prę́ſcriptione,hoc eſt ex poſſeſſione longiſſi-
mi temporis cum bona fide,ut uoluit Bart. poſt gloſ.
in l.minor §.1.ff.de euictio. ¶Tertio moueor,nam li
cet ex libro æſtimi,ſeu ex cataſtro dominium princi-
paliter deductum regulariter nõ probetur, ut in iuri-
9 bus ſupra allegatis,tamen†quando nõ probatur,nec
apparet,quòd tempore,quo bona illi fuerunt deſcri-
pta,eſſent ab alio poſſeſſa, tũc ex illa deſcriptione fa-
cta in libro æſtimi probatur dominiũ, & poſſeſſio il-
lius,cui fuerũt deſcripta,ut declarat præceptor meus
Socinus in l.1.in prin.in 4.col.uer.ꝓ defenſione Pau-
li.ff.de acquir.poſſeſ.& allegat Paulũ de Caſt. hoc uo
luiſſe in l.ſi pater. C.de actio.empti. qui hoc expreſsè
uoluit ꝑ not.in l.fi.C.de prædiis nauicula lib.11.per il
lum textũ,& ibi Bar.dicitq; Paul.ſic debere limitari,
& declarari id,quod habetur in d.l.ſolẽnibus.C.de rei
uendica.cũ aliis ſupra in contrariũ allegatis, & hanc
doctrinã ſequutus eſt ẽt Soci.in conſi.89.in 5.col.uol.
1.& in conſi.205.uol.2.idemq; uoluit Paul.de Caſtr.
in l.ſcriniarios.C.de teſtam.milit.Sed in terminis no
ſtris non fuit probatum, ꝙ tempore, quo dicta petia
terræ in libro æſtimi fuit Matthæo deſcripta,illa eſſet
ab alio poſſeſſe,nec in dominio alterius,ergo domi-
nium ẽt principaliter dicti Matthæi,& ſucceſſiuè ip-
ſius domini Ioannis Pauli ſatis ex dicto libro æſtimi
eſt probatum. Quarto & ſi fortè ex æſtimo apparet,
Talianũ tempore deſcriptionis dictam petiam terræ
poſſediſſe, ac in eius dominio fuiſſe, quod expreſsè
negatur,tamen adhuc dico,quòd ex dicto libro æſti-
mi, & ex deſcriptione in illo facta probatur dominiũ
ipſius Matthæi,& conſequenter domini Ioannis Pau
li,argumento l.ſi ager.ff.de rei uendica.in fin.quoniã
ut ab aduerſariis conceditur, Matthęus fuit in libro,
æſtimi deſcriptus ex permiſſione,& uoluntate Talia-
ni,& aliorum,qui aſſeruntur tũc domini, & poſſeſſo-
res fuiſſe, ex quo infertur probari Matthæum ipſum
fuiſſe dominũ, ſaltem, ſi ultra deſcriptionẽ ẽt ſoluiſ-
ſet onera,& collectas,ut in terminis uoluit Roma.in
ſingula.431. ſecundũ numerum meum incipiẽ.emo
rem pro me,qui allegat ad hoc tex. pro ſingulari in l.
rura.C.de omni agro deſer.lib.11.ubi Bar.hoc uoluit
& eſt text. ad literam in l. cenſualis. C.de donatio. Et
10 †hic eſt onus modus inter alios, quo dominiũ alteri
ſine traditione acquiri põt, qui caſus eſt notandus,&
addẽdus aliis caſibꝰ, de quibus habetur in d.l.ſi ager,
& in l.traditionibus. C. de pactis ſm Rom.ibi. ¶Nec
iſtis obſtat illud, qđ habetur ĩ ſtatuto loci,quo cautũ
reperitur, ꝙ nullus poſſit dicere,vel opponere ſe poſ-
ſidere aliquã rẽ immobilẽ quę nõ ſit in libro æ
rũ deſcripta,& quæ nõ ſit poſita in ſua libra,& p
ſa re perſoluerit impoſitas,& collectas,& alias
nes occurrẽtes,quod ſtatutum cũ illa copula
quirat,alterũ ex illis nõ dicetur ſufficere, ſed
cõcurſus requiretur l.is, q̄ ducẽta.§.cũ ita.ff.de
dubiis,& l.ſi quis ita ſtipulatus.ff.de uerb.oblig
milibus: ſed & ſi cõſtet Matthæũ fuiſſe in libro
deſcriptũ,non tñ apparet ipſum ſoluiſſe,ergo
ſatisfactũ nõ cenſetur: & hęc negatiua, ꝙ non
rit,probatur ex libris ęſtimorũ,in quibus non
tur Matthæũ ſoluiſſe argumẽto eorũ,quæ hab
c.quoniã contra de probat.& per Bar.& alios
mo carcerem.C.de exact.tribu.lib.10.Quia hu
damento in contrarium facto multipliciter p
ſpõderi,primo,quòd per teſtes ſaltem de fam
ca deponentes dicitur probatum de ſolutione
11 thæo facta,&†cum ſimus in facto antiquo,
eſt famę publicæ,ut habetur in d.c.ueniens
libus ſupra allegatis.Secundo reſpondeo,qu
in d.conſil.205.qui hanc rationem in ſimili
parte,contra quam cõſuluit, conſiderauit,
trarium, hoc eſt quòd ſimplici deſcription
æſtimi factæ ſtetur,ut ibi per eum.Tertio re
12 quòd†ex diuturnitate tẽporis iam diu elap
tur,& probatur fuiſſe à dicto Matthęo ſol
mento eorum,quæ nota.uolunt Barto.A
in l.ſciendum.ff.de uerb.obliga. & in l.q
ff.de acquirend.hæred.Ioan.Andr.& alii in
præſumptio.& eſt text.not.ad propoſitum,
tur.in l.quicunq;.C.de apo.pub.lib.10.& no
& docto.in l.2.C.de iure emphyteo.& per Fe
Albericus de teſtibus cũ ſimilibus. Quarto,&
reſpondetur, ꝙ quoad probandũ ſolam poſſ
ſeu ꝙ quis ſolum poſſederit,requiritur,quòd
probet ſe fuiſſe deſcriptũ in libro æſtimi,ſed ẽt
uiſſe onera,& ita propriè loquitur ſtatutum
13 ut ex eius uerbis apertè colligitur.At†quoad p
dum dominium ſufficiet, quem fuiſſe deſcrip
libro æſtimi,uel conſentiente illo, qui poſſide
erat prius deſcriptus,ut in d.l.rura, ibiq; Bar.&
& Rom.in dicto ſingul. Vel quòd non appare
poſſediſſe,aut dominum fuiſſe eo tempore,q
fuit deſcriptus,ut ſupra dictum fuit: & ideo q
ex deſcriptione facta in libro nõ probetur p
tamen non infertur dominium ita probari n
quoniam facilius trãsfertur dominium,qua
ſio, argumento d.l.ſi ager cũ ibi not.ff.de r
& l.naturaliter.§.nihil cõmune, & l.cum
prin.ff.de acquir.poſseſs.& in l.fi. cũ glo. C
eccle.¶Non obſtat l.2.C.de proba.& in l.1.in p
ff.de acquir.poſſeſſio. Quia reſpondetur,quo
ra duo præſupponunt,primum,quod ex ſimpl
ſeſſione dominium principaliter deductum n
batur, ſecundum, quod agens rei uendicatio
14 bet probare ſe dominum d.l.rẽ: ſed †in termi
ſtris dico,quod dominus Ioãnes Paulus nõ pr
ſimpliciter poſſeſſionem,ſed & alia plura, ex q
ſimul iunctis dominium principaliter à ſe de
probatur,ut ſupra dixi. Præterea ultra poſſeſſio
longiſſimi temporis fuit etiam aliud probatũ
infertur fuiſſe probatum dominium,uidelicet
na fide,quæ in caſu noſtro ſufficit ad probatio
minii in libello deducti iuxta not. per Bar.in l.
nor.§.1.ff.de euict.Itẽ ꝙ Matthæus fuerit in lib
mi deſcriptus adeo, ꝙ dominium dicitur prob
15 luti ſupra plenius dictũ fuit.Et ĩ terminis noſt
deſcriptio facta his modis,quibus dictũ fuit,
& in hoc ſtandũ ſit libro æſtimi,faciũt ea, qu
tur per Soci.in d. conſi.205.qui plura facienti
cto

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ctoriam do. Io. Pauli rñdendo contrariis poſuit, quæ aliter non refero, quia inſpici poſſunt, & benè faciunt ēt ea, quæ per ipſum habentur in d. conſ. 89. in 5. colū. ubi idem cōcludit. Præterea pro do. Ioanne paulo facit, nam † licet ex ſimplici poſſeſſione dominiū principaliter deductum non inferatur, neq; probetur d. l. 1. in prin. ff. de acq. poſ. ubi doc. cōiter hoc ſequuntur, tamen quando ille, qui dicit ſe dominum ex ſimplici poſſeſſione, aliquid contra aduerſariū feciſſet, propter quod expreſsè cōſtaret ipſum, ſeu aliū ante eum fuiſſe dominū, uel poſſeſſorē, quāuis in dubio cōtrarium pſumatur. d. l. 1. in prin. cū ibi not. per doc. ut qa publicè fecerit fieri proclamata, quib. notificauerit, ꝙ ſi aliquis ſit, qui aliquo tēpore fuerit dominus, & poſſeſſor talis rei, cōpareat ad docendū de illo iure ſuo, prout in caſu noſtro fuit obſeruatū, & poſtea nullus cōpareat, qui de dominio, uel poſſeſſione ꝓbet, tunc aſſerens ſe dominū ex ſua poſſeſſione habet ſuā intētionē fundatā cōtra aduerſarium ſuper dominio etiā principaliter deducto, nec ſatis eſſet, ꝙ aliquis cōpareret, & allegaret, niſi id legitimè probaret, ut no. uoluit Bat. in l. rem, quæ nobis. ff. de acq. poſ. in l. 3. ff. de uſucap. & in l. rem alienā. ff. de pig. act. cum quo doct. cōiter pertranſeunt Are. Alex. & alii in d. l. 1. in princ. & hoc ēt uoluit Bal. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. in c. cum cauſam. de proba. & in rub. de preſcr. Et in caſu huius cautelæ ſaluarē Bar. in l. ſi duo. ff. uti poſ. in fin. prin. & in l. ſi à furioſo, aliàs in l. nam & ſi fur. ff. ſi cer. pet. Vel aliter contrarietas Bar. ſaluari poteſt, ut facit Aret. & melius, nt facit Soc. in d. l. 1. in prin. Vel ēt, ut dicit Alex. in d. l. ſi à furioſo. Et ex prædictis exiſtimo de iure pro dicto domi. Io. paulo concludendū eſſe, & partes domini iudicis fore in confirmando ſentētiam ad illius fauorem latam, & conſequenter in pronunciādo benè fuiſſe iudicatum, & malè appellatum. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Excuſſio in bonis principalis debitoris, uel ſui fideiuſſoris neceſſario prius fieri debet, quàm actione hypothecaria cōtra tertium poſſeſſorem agatur, etiam ſi in inſtrumento ultra obligationem bonorum fuiſſet appoſitū cōſtitutū, ſeu precarium de poſſidēdo.*

Secus, ſi creditor uia exequutiua ex cōſtituto, ſeu precario ageret.

Forma traditur per uerba importantia conditionem, item aliquid per prius fieri requirentia.

4 *Excuſſio in bonis principalis debitoris, quem notorium eſt non eſſe ſoluendo, non eſt neceſſaria.*

5 *Et quid tunc ſaltem raquiratur, & nu. 6.*

7 *Excuſſio contra hæredes principalis debitoris non tollitur, probando principalem debitorem, qui ſit mortuus, non fuiſſe ſoluendo, ſed & ipſos heredes non eſſe ſoluendo probari debet.*

8 *Citatio peremptoria dicitur, quando quis citatur ſemel ad inchoādum, & ſucceſſiuè ad omnes, & quoſcunque actus.*

9 *Citatum aliquem non fuiſſe ex inſpectione actorum probatur.*

10 *Iudex non legitimè procedit, ſi iura tertij pro ſuo intereſſe comparentis non examinet.*

11 *Libellus ſine concluſione eſt ineptus.*

12 *Appellatio ad ſedem apoſtolicam, & quemlibet alium iudicem cōpetentem interpoſita à ſententia illius, qui ſolum Papam recognoſcit in ſuperiorem, ualet, & eſt legitima, nec debet infra decendium declarari.*

13 *Appellatio ad Imperatorem, omiſſo medio, interpoſita intelligitur ad proximum ſuperiorē interpoſita, & ad illum cā deuoluitur.*

14 *Secus eſt in appellatione ad Papam interpoſita.*

15 *Appellatio eſt de minori iudice ad maiorem facta prouocatio.*

16 *Declarationi, & electioni quando ſit locus, & quando non.*

17 *Appellatio ad unum iudicem, & ad quemcunque alium competentem interpoſita quando infra decendium debeat declarari.*

18 *Appellatio ſimpliciter ad competentem iudicem interpoſita quando ualeat, & ſit legitima.*

19 *Procurator cauſæ, qui fuit dominus litis, poteſt ſine mandato ſpeciali appellare, quamuis appellationem proſequi non teneatur*

20 *Teſtis unus de ueritate, & de ipſo actu deponens, & alius de confeſſione extraiudiciali parte præſente facta, ſunt ad plenam probationem faciendam coniungendi.*

21 *Contractus quando dicatur perfectus etiam ante, quàm fuerit per notarium in ſcripturam redactus, & quando non.*

EPITOME.

Excuſſionē in bonis principalis debitoris, uel eius hæredū neceſſario eſſe faciendā ante, quàm ꝯ tertiū poſſeſſorē actione hypothecaria agatur, ēt ſi in inſtro ultra bonorū obligationē eſſet appoſitū conſtitutū, ſeu precariū, & præſertim qñ ea de forma ſecundū ſtatuti loci diſpoſitionē requireret. Et factā non ſeruata forma ſtatuti non eſſe legitimam, nec ualere.

Et appellationē ad Papam, & quemlibet alium iudicē competentē interpoſitam à ſnīa illius, qui ſolū Papā in ſuperiorem recognoſcit, ualere, & eſſe legitimam perinde, ac ſi ad ſolum Papā fuiſſet interpoſita, nec indigere aliqua declaratione, hic demonſtratur.

CONSILIVM LXXX.

CIRCA dubia propoſita paucis agam, tum quia res coram uiro doctiſſimo tractatur, tum qa in paucis ēt ueritas cōſiſtit. Et quoad primum, an excuſſio fuerit neceſſaria, & quatenus neceſſaria fuerit, utrum dicatur legitimè facta. Reſpondeo illam fuiſſe in pręſenti cauſa neceſſariam, quamuis in inſtrumento ultra bonorum obligationem fuerit appoſitum cōſtitutum, ſeu precariū,
1 nam † qñcunque agitur actione hypothecaria cōtra tertium poſſeſſorem, debet prius fieri excuſſio in bonis principalis debitoris, uel ſui fideiuſſoris, ut in authē. hoc ſi debitor. cum ibi no. C. de pign. & auth. ſed hodie. C. de actio. & obligat. Et hoc procedit, etiam ſi in inſtrumēto ultra bonorum obligationē fuiſſet appoſitum conſtitutū, ſeu precarium de poſſidendo, ut uolunt doct. magis cōiter, quos refert Alex. in conſi. 137. in 2. col. uol. 2. & in conſi. 70. & 73. uolu. 5. ut fuit Bald. in l. 1. C. de reuoc. his, quæ in frau. credito. & in c. cum ueniſſent. circa finem, de reſtitutione ſpoliatorum. quoniam ſi omiſsa uia exequutiua, hoc eſt non agendo remedio l. fin. C. de acquir. poſſeſ. nec ex reuocatione precarii, creditor egiſſet actione hypothecaria contra fideiuſſorem, uel tertium poſſeſſorem, ꝓut in terminis noſtris dicta actio hypothecaria fuit intentata, tunc omnino excuſsio foret neceſſaria,
2 † ſecus ſi creditor uia exequutiua ex cōſtituto, ſeu precario egiſſet, ut uoluit Alex. in conſiliis allegatis, ac etiam in l. exitus. & ibi Aretin. ff. de acquiren. poſſeſs. ibique Roma. & eſt de mente Baldi in d. l. 1. & Ange. in l. fin. C. de actio, & obligat. iunctis iis, quæ ipſe poſuit in l. 2. §. hac actione. il 2. ff. ui bono. rapt. Et ita debet intelligi id, quod dixit Alex. in d. conſi. 70. & Aretin. in conſi. 127. per not. à Iacobo Butriga. & Bal. in d. l. fin. C. de acquirend. poſſeſs. Præterea dicta excuſsio fuit neceſſaria ſaltem attenta diſpoſitione ſtatutorū ciuitatis Parmæ, quibus cauetur, ꝙ fieri debeat excuſio de debitoribus omnibus, ſi plurres ſint, & de fideiuſſoribus, & mandatoribus ante, quàm perueniatur ad extraneum poſſeſsorem bonorum alicuius ex debitoribus obligatis, ut habetur in ſtatuto ſub rnbr. de excuſsione principalis in 2. lib. ex cuius uerbis infertur excuſsionē prius debere fieri, quā ad extraneos, ſeu ad tertios poſſeſsores perueniatur, ut ibi in uerſi. & ſi plures &c. item hoc innuit ſtarutū, dum dixit, tūc poſſe creditorē conuenire extraneū poſſeſsorē actione hypothecaria, ſi hoc factum fuerit, uidelicet excuſſio, item ſi officialis ꝓnunciauerit, excuſsionē eſſe le-